



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

210. Quidam ex gravi necessitate Parentum egressus religione non poterat illos juvare, nisi habitum religionis dimitteret, serviendo viro Nobili habitu sæculari, quæritur, an hoc licitè fieri ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

prohibetur, sed quæ fit per dimissionem Religiosi Habitum. At occultans Habitum non illum dimittit, sed potius retinet, occultum tamen. Neque est verum, occultantem Habitum dimittere signum Religiosi status; non enim illud dimittit, sed dissimulat, & celat: ergo pœna imposita dimittentibus non debet extendi ad occultantem. Neque item est verum, ex hac occultatione finem legis eludi; non enim ita facile Religiosus incedere potest incognitus re- tentum Habitum, ab illo dimisso. Deinde lex pœnalis ad summum extendi potest ad casum sub lata verborum forma comprehensum: at occultatio habitus non continetur sub dimissione, sed potius est illi opposita. Ergo.

7. Quid sentiam, dicam breuiter. Primam opinionem Sanchez existimo probabiliorē, sententiam verò Suarez, tanquam probabilem, admitto: at in peccato graue sic facientem, incidere non est dubitandum. Solum hic de vitanda excommunicatione loquimur.

8. Notandum est etiam hic, Regularem, qui dimisso Habitu, manet intra Clausuram proprii Monasterij: non incurere in censuram. Ita Doctores, quos citat Sanctarellus de Apostasia, l. n. 14. Verum, secundum Caltrem Palaum, ubi supra n. 10. contraria sententia omnino tenenda est, scilicet, hunc Religiosum excommunicationi subici quia absolute dimittit Habitum suæ Religionis, ex qua dimissione per se nascitur occasio vagandi; esto, per accidens vagatio impediatur: sicut si dimittentem extra Clausuram habitum recluderet in carcerem, reclusio impediret vagationem; sed non impediret, quin dimissio præberet occasionem vagandi. Et ita tenet Syluester verb. Excommunicatio, g. casu 24. n. 5. 4. quest. 5. Nauarr. cap. 17. n. 131. Azorius lib. 12. cap. 17. quest. 15. Sayr. de censuris, lib. 3. c. 33. n. 11. Sanchez lib. 6. Sum. c. 8. n. 6. vt procedat tantum, cum Religiosus se oculis videntium ostendit: secus si se occultare procurat: quia dum se occultat, non videtur animum habere vagandi. Hæc tamen limitatio non placet Sancto, neque Azorio 9. 1. 3. & 14. & merito, quia text. in o. r. 2. non attendit, an Religiosus oculis intuentium pateat, seque illis offerat; sed, an occasionem assumat se offerendi incognitum, & per Orbem vagandi, quod certe præstat Habitum dimissio. Sed, his non obstantibus, negatiuam opinionem probabilē putat Pellizzarius num. 19.

9. Sed quæres, an detur paruitas materiæ excusans à dimissione Habitum? Et affirmatiuè respondent communiter, & idèd excusant Habitum dimissionem à peccato mortali, & ab incurrenda censura, si breui tempore duret, scilicet, per horam: quia illa momentanea duratio præstat, ne censetur depositio moralis dimissio, sicut non censetur recedere: qui breui reuertitur. l. Dimortuiss. de dimort. Sic Emman Sa verb. Excommunicatio referuata n. 9. Tolet. lib. 4. Sum. c. 18. n. 3. Azorius 1. part. institut. moral. lib. 2. cap. 13. quest. 5. casu 16. Sanchez lib. 6. cap. 3. num. 57.

10. Sed hanc excusationem non admittit Palaus loc. cit. n. 11. eo enim ipso, quod Habitum deponis, animo occultandi statum, & incendi incognitus, præstat totum id, quod in supradicto textu requiritur, ad censuram contrahendam: dimittis enim tuæ Religionis Habitum, & expeditior redderis vagationi. Perseuerare autem in dimissione non petitur in textu: & merito, quia perseuerantia non facit dimissionem, sed dimissionem factam continuat, & extendit.

11. Verum primam sententiam admittit nouissimè Leander à Murcia cap. 19. ad cap. 2. Regula D. Francisci §. 1. n. 2. Imò, & plus addit: sic enim ait: Ni tam poco incurte en la dicha descomunion el, que toma otro Habito, ò vestido, por tam breue espacio, que propriamente no se pueda dexir (moralmente hablando) que dexo el suyo: de donde se sigue, que el, que le dexo temerariamente por breue tiempo, como para saltar,

ò tirar la barra, dexò el Habito por vn hora, y aunque fuesse por vn dia, non incurreria en la descomunion, aunque pecaria venialmente. Ita ille.

12. At secundum Patrem Lezandam tom. 1. c. 13. n. 10. eum, qui Habitum regularem mutat in habitum sæcularem, si serid id faciat, & vt pro illo tempore sæcularis appareat, etiam si tempus breue sit probabile est, peccare mortaliter, & incurere excommunicationem adductam. Ratio est: quia talis mutatio, quantumuis pro breui illo tempore facta, videtur materia grauis, & habere notabilem deformitatem repugnantem statui religio.

13. Verum post hæc scripta inueni satis latam opinionem Texedæ circa dimissionem Habitum in Monasterio: sic enim asserit in Theol. mor. tom. 1. l. 2. tr. 1. contr. 6. d. 1. [Sed, quid dicendum est de Religioso, qui infra priuatis Monasterij parietes Habitum non deferret? Tenet Azor. t. 1. inst. moral. lib. 12. c. 13. q. 5. & c. 17. q. 10. & Sanchez Sum. l. 6. n. 61. excommunicationem incurere: quia cum textus absolute loquatur, absolute interpretandus est: & idèd, inquit illi, de dimittentibus Habitum quouis modo ita vt quouis modo Religiosus illum dimittat, incurrat hanc excommunicationem.

14. Cæterum dicendum est, hunc Religiosum excommunicationem non incurere. Quia per quamlibet Habitum dimissionem non incurritur ista excommunicatio, sed per temerariam: Religiosus enim, qui intra sui Monasterij parietes Habitum dimittit, non temerè illum dimittit, sed causa alicuius curiositatis id facit: & quamuis textus absolute loquatur, intelligitur tamen iuxta hunc tenorem. Vnde, cum illa Habitum dimissio non fiat ex contemptu, sed ex causa rationabili, vel apparenti: non dicitur temeraria dimissio; vt per illam incurrat excommunicatio: aliàs si Religiosus in cella Habitum exueret, & per Dormitorium ambularet caloribus vel alicuius alterius, esset excommunicatus, quod est falsum. Imò existimo, quod quamuis is Religiosus intra Monasterij parietes Habitum dimittat, & se ostendat sæcularibus, adhuc excommunicationem non incurere, esto, sæculares cognoscant, illum esse Religiosum illius Religionis; quia talis Habitum dimissio non est temeraria, nec ad vagandum ordinata. Et idèd non incurritur excommunicationem Religiosi, qui pro aliquo Festo celebrando in Comædiis gerunt vices personarum, etiam si coram sæcularibus repræsentent intra Monasterium: quia illa Habitum dimissio non est temeraria, nec ad vagandum, nec ex contemptu legis.

15. Si roges primò, an dimissio Habitum ad breue tempus, videlicet per horam, incurrat excommunicationem? dico Religiosum Habitum dimittentem per dimidiam horam aut per horam non incurere hanc excommunicationem: quia ratione paræ materiæ, sicut excusatur à peccato mortali, ita ab incurfione censuræ: nam dimissio Habitum per vnâ horam cum animo statim illum reassumendi, pro non dimissione reputanda est. Huc vsque Texeda.

RESOL. CCX.

Quidam ex graui necessitate Parenti egressus è Religione non poterat illos inuare, nisi habitum Religionis dimitteret: seruiendo viro nobili habitu sæculari; queritur, an hoc licite fieri poterit?

Et in dicto casu an poterit supradicto Religioso proprius Prelatus licentiam ad mutandum habitum dare?

Et an si Religiosi professi pro viribus in Religione nõ possint huic graui necessitati Parenti succurrere, tunc petita licentia, & non obtenta licite possint egredi quomuis ad id non teneantur: Ex p. 6. tr. 7. & M2. Ref. 19.

§. 1. Sppono tanquam certum filios Religiosos professos pro viribus in Religione niti debere.

bere, vt huic graui parentum necessitati succurrant
 facta regulari obedientia, & Prælatorum obedi-
 entia: quod si non possunt, tunc quidem petita, & non
 obtemperata licentia, licet poteri ut egredi, quamuis ad id
 non teneantur. Hoc si proposito ad dubium propositum
 negatiue videtur respondendum, quia licentia dimit-
 tendi habitum, cum sit res gratissima, à solo Papa con-
 cedi potest, & est tam aliena quàm Religio, vt nec
 Episcopus habitum Religionis possit dimittere.

2. Non d. sinam tamen hic adnotate affirmatiuam
 sententiam docere nouissime Fagundes in *Declarat.*
rom. 1. lib. 4. cap. 2. num. 28. vt i sic ait. Mihi v. detur pos-
 se huiusmodi Religiosum habitum dimittere, non
 aliter, nec alio modo iuuare parentes possit in gra-
 ui necessitate constitutos, nisi illo dimisso: si enim
 licitus est ei tunc egressus, cur non licebit e-
 i medium necessarium ad hunc finem: præsertim cum
 non habitus, sed virtus Religiosum efficiat: Nec est
 simile de exemplo Episcopi, quia nulla necessitas cogit
 Episcopum Religiosum ad mutandum habitum
 suæ Religionis, vt patet. Iam verò quod Prælati Reli-
 gionum, qui licentiam dare possunt Religiosis, vt
 ad tempus religionem egrediantur ad iuandos pa-
 rentes, possint etiam eam dare ad mutandum habi-
 tum, si sic possint illos iuuare, & aliter non possint id,
 vt dixi,clare supponit Nauarr. *Comment. 3. de Regu-
 lar. n. 49.* ait enim ibi prædictam licentiam non esse
 concedendam ab ordinario Prælate Religiosorum, nisi
 si quando habitu retento parentes suos commode iu-
 uare non possunt: ergo ex *en. n. Nauari*, quando
 aliter eos iuuare non possunt, potest etiam Præla-
 tus licentiam ad mutandum habitum dare.

Sup hoc in
 fra in R. f.
 212 lege de
 strinam §
 signat i
 fine.
 Et pro Epil-
 copo con e-
 tis in iu pe-
 nite §. 1. au-
 tis Ref. fu-
 a in Ref. 27
 vlt ad me-
 dium, à v. r. f.
 Si Religio-
 sus, & lege-
 et à doctrinā
 alterius Ref.
 & §. eius not

qui propter delicta sua condemnatus fuit ad vitium,
 & ab his postea restitutus, vt possit Hereticum re-
 gula iter vnam auerere, vel in aliquo Hospitali, vel
 Ecclesia restitua per eum obedientia Ordinari loci,
 seu Generali ipsi: Ex p. 1. c. 11. & Misc. 1. Ref. 30.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Pellizzarius in
Man. Regul. tom. 2. tract. 5. cap. 3. §. 1. c. 2. n. 174.
 vbi sic ait: Quæres, an Prælati Regulares dispen-
 sare possint cum Religiosis subditis, vt, velle religio-
 sa retenta, maneant extra claustra ad subueniendam
 necessitatem parentum? Respondet, de iure communi
 ante quo possit; siue necessitas sit extrema (in quo
 casu etiam teneantur) siue solum sit grauis (in quo
 casu possent, sed non teneantur): non item de iure
 nouo cum Clemens VIII. in Decretis de Reformat.
 Regularium dicat: Ineatur ratio, quia, si blatis licen-
 tiis, ac facultatibus hæctenus quibus semper con-
 cessis, degentes extra conuentus claustra, ad ea
 quam primum reuocentur, nec de cætero, nisi ex
 grauissima causa, à Sede Apostolica approbanda, hui-
 usmodi facultates concedi possint. Quod Decretum
 innouat etiam Urbanus VIII. Huicque Pellizzarius
 & ante illum Pater Lezana *v. bun. 4. m. 1. c. 16. n. 23.*
 hæc asserit: potest Religiosus ex legitima
 facili & viuere extra monasterium, retento habitu.
 Ratio est, quia nec hoc est intrinsecè malum, nec de-
 rogat votis profecticis; cum etiam ibi possit obser-
 uari Obedientia, Paupertas, & Castitas. *Suar. tom. 4. de Rel. g. tract. 8. lib. 3. cap. 7.* Quamuis autem iure com-
 muni possent Prælati Religionum hanc licentiam
 concedere, quia hoc spectat ad iurisdictionem, quam
 habent super subditos, Nauarrus *Comm. de Regul. tom. 1. c. 40 & Comm. 4. num. 14.* tamen iure nouo
 Clement. VIII. in Decretis pro reformatione Regula-
 rium m., approbatis, & innouatis à S. Congregatione,
 iussu S. D. N. Urbani habetur quod in posterum hui-
 usmodi licentia non concedatur, nisi ex grauissima
 causa à Sede Apostolica. Et ideo *n. 2. subdit. Quamuis*
 etiam ob necessitatem parentum possit Religiosus,
 habitu retento manere extra Monasterium ex vi iuris
 communis. *D. Thom. 2. 2. q. 10. c. 1. 1. Nauarrus l. 8. c. 3. Conf. de Regul. cons. 54. 55.* et alibi: tamen propter
 ius nouum additum Clem. VIII. & Urbani VIII.
 non potest hoc fieri; nisi de licentia Sedis Apostoli-
 cæ, talem causam approbantis. Hinc emanat Edit-
 ctum à Paulo V. anno Domini 1617. die 23. Decem-
 bris, intimatum P. Fr. Io. Pinæ de Cellis, Ordinis
 Minorum sancti Francisci de Paula tum temporis
 Zelofo à R. D. Vulpiano Archiepiscopo, & Congr.
 Regul. Secretario, tenoris sequentis. Admodum Re-
 uerendo in Christo Patri Procuratori Generalis Ordi-
 nis Minorum Sanctissimus ordinavit mihi, vt no-
 tum facerem P. Vestra, quod prouideat, ne impo-
 sterum sub quocumque prætextu detur licentia huius
 Religiosis, extra Monasteria, vel Domus, Conuentus,
 vel Collegia suæ Religionis permanendi; & si
 forte fortuna nunc aliquis extra reperitur absque li-
 centia huiusmodi sanctæ Sedis, ad Claustra reuocetur.
 Per quod Decretum, ait Peyrinus *de Relig. Subdi-
 to, tom. 1. qua. 1. c. 23.* videtur si blata potestas Superi-
 oribus facultates extra Conuentum degendi, ob præ-
 dictas causas, concedendi in perpetuum, vel ad lon-
 gum tempus; non autem ad breue. Vnde caute sunt
 legenda ea, quæ nouissime docet eruditissimus Ghib-
 linus *de Claustra. disquis. 2. cap. 2. §. 3. n. 38. cum sequ.*
 nam vera iure, stando in iure communi; scilicet autem
 nunc est de iure nouo dictorum Decretorum: & ideo
 etiam moderanda veniunt ea, quæ ego dixi in *part. 6. tract. 7. v. r. f. 1. 3.*

RESOL. CCXI.

An Prælati possint dare licentiam subdito manendi extra
 claustra ad subueniendum parentibus non solum
 in extrema, & essitate constitutis: sed etiam in graui?
 Et quid est faciendum, si Prælati neget licentiam subdi-
 to, vt extra claustra subueniat parentibus graui er-
 tantum indigentibus, an possit subditus de bonis sibi in
 usum concessis parentibus subuenire, vel debet ad illa
 donanda procurare licentiam Ex p. 3. tr. 2. Ref. 90.

Sup hoc lege
 doctrinam
 Ref. seq.

§. 1. AD hoc quæstum affirmatiue respondet
 Laurentius Portel in *dub. Reg. ver. s. a. centum
 fratres n. 2.* vbi sic ait. Etiam si necessitas non sit extre-
 ma, sed solum grauis, potest Prælati dare licentiam,
 vt Religiosus cum habitu maneat extra claustra ad sub-
 ueniendum patri, vel matri, Ita ille, qui citat Nauar-
 rum *lib. 3. cons. 11. de Regul. cons. 54.*

2. Sed si Prælati neget licentiam subdito, vt ex-
 tra claustra subueniat parentibus graui tantum in-
 digentibus, putat Portel non posse subditum de bonis
 sibi in usum concessis parentibus subuenire; debet
 ergo ad illa donanda procurare licentiam, & Prælati
 recte faciet illam concedens, intra terminos suæ regu-
 lare.

RESOL. CCXII.

An stante Decreto Clem. VIII. de reformat. Regular.
 possint hodie Superiores præbere licentiam subditis ex
 iusta aliqua causa extra claustra permanendi absque
 consensu Summi Pontificis?

Et an post Decretum Clem. VIII. & Urbani VIII. si
 Prælati faceret alicui potestatem foris degendi possit
 hic iura conscientie remanere?

Et an ante prædicta Decreta asseretur posse Generalem
 facere facultatem fratri alicui inquisito, & insolenti,

2. Sed quærit Peyrinus, vbi supra, an post talia
 Decreta, si Prælati faceret alicui potestatem foris
 degendi